Sacra Regia M.tas Dne mi clem.me 28 Januar: 1629

325

N 84.

Posquam die Martis de pecuniario auxilio S. R. M. V. praestando cum S.mo egi ad Card.tus instantiam iterum deueniens, pro huiusmodi gra impetranda, omnes, quas potui adduxi rationes, idq praecipue addidi; S. R. M. V.a hoc ea maxime di causa desiderare, vt ipsius existimationi; quae sub Paulo V. apud alias Christiani Orbis nationes ex tam longa pertinacie repulsa non mediocre passa erat detrimentum aliqualiter consulatur, quae tunc S. R. M. V. restituta videbitur, si a S.te S. ad corroborandam gratiam a Reg. eius Praedecessore obtentam nunc similis concedatur. Audiuit me hilari uultu S.mus; uerum ijsdem fere verbis, quae alia vice dixerat, mihi respondi dit; Scilicet summopere desiderare vt S. R. M. V. intelligat qualis in eo erga ipsam sit animus, et uoluntas; sed circa hoc Principum petitis hac prima promotioni satisfacere adhuc non statuisse, multasq ratione S. R. M. V. se se offerre difficultates, siquidem non nationalem sed Italum forsan sit nominatura, et ipsum Imperatori alijsq Principibus scripsisse, se nullum Italum ad eorum instancias creaturum Card.lem (hoc enim S.tas S. animo iam conceperit vt Itali non ex Principum intercessionibus, sed in Curia Romana Sedi Ap.cae inseruiendo suam curare debeant exaltationem, facile vero ad Principum instantiam Nationales ee ad Card.tus dignitatem promoturum, cum ipsi ad conseruandam in eorum Prouincijs Sedi Apost. obedientiam ea adiumentum prabeant

propterea, sacro Tridentino Concilio dispositum fuisse ut ex omnibus as-
sumantur Nationibus; idemq. S.mus in hæc verba prorupit. Rex forsan Comit.
Rangonium nominabit, et pro isto Nos absolute negabimus; ego vero hoc
nescire, sed tamen non credere respondi, cum bene S. R. M. V. notum si[t]
in quantam pro dicto Comite possit contentionem incidere. Replicand[o]
petijt à me S.mus, scirem ne utrum S. R. M. V. Polonum vel Italum
malit; si enim Polonum vult, eius M.tis desiderio satisfaciemus,
si vero Italum nihil promittere volumus. Quibus auditis non vis[um]
est mihi personam D. Nuntij nominare, ne aliquod illi damnum af-
ferrem, cum pro certo scirem S.tem Suam Ser.mo Imp. iam huiusmodi di-
gnitatem pro Ep.o Sarlaten. negasse ratione nationis et Nuntiat[ure]
quam apud S. Ces. M.tem exercuit; mandauit propterea mihi S.mus
ut S. R. M. V.ræ animum prius perscruter eique postea S. R. M. V. de-
siderium referam, tunc enim quid agere debeat statuturum esse pol-
licitus est. Jussit interim ut S. R. M. V. certiorem reddam de
summa in qua est apud ipsum existimatione, et de maximo eius
desiderio S. R. M. V. in quacumq. re possibili gratificandi.
Hæc omnia D. Tiberio Lancillotto fratri D.ni Nuntij significaui, eius
sententiam, antequam ad specialem fratris nominationem deve-

niam intelligere curaui; ab hac enim nominatione, vt mi tantum
abstinerem rogauerat, donec saltem per Sanctissimum esset gene=
raliter promissum se ad instantiam S. R. M. V. aliquem cre=
aturum esse Card.lem: Orri D. Liberius in maximam incidit animi
suspensionem. Timet enim ex vna parte ne huiusmodi nominatio
fratri damnum afferat, ex altera vero si omittatur nihil certi sciri
potest de voluntate S.mi circa fratris personam, vnde vt aliquantulo
supersedere ui Ittem me rogauit, quousque quid in re tam graui si=
bi agendum sit mature consideret, cui complacere debere b,
etenim cum de illius fratris interesse agatur, quem S. R. M. V.
promouere desiderat, ut iuxta eiusdem D. Liberij uotum huiusmodi
negotium tractetur S. R. M. V. non molestum fore existimaui.
De his omnibus interim certiorem S. R. M. V. reddere meum esse
duxi vt si aliter ei mandare videbitur, illud mihi significare
possit. Foeliciaque omnia S. R. M.ti V. ex animo precor. Dat. Romae
die 20 Januarij 1624

S. R. M.tis V.

addict.mus et obseq.mus seruitor
Cosmus Card.lis de Torres

328

18. 9bre. 1627. Card. Dr. R. xxl.